

vnterthänigstes ansuchenn vnnd bitten soviel erhalten, das s. churf. gn. berurte vorwaltung vnnd administration vormuge aufgerichter capitulation gnedigst auf sich genommen, vber welche s. churf. gn. sich gegenn hochgedachtenn bischoff auch durch eine sonderliche Assecuration, was vnnd wieviel s. f. gn. die zeitt ihres lebens von des erwehtenn stifts guthenn innen habenn besitzenn genießenn vnd zu ihrem besten gebrauchen, vnd was ihnen derselbenn erben vnd erbnehmenn erblichenn vnnd eigenthümblichenn zustehenn vnnd bleiben, auch andern dorinnen angezogenen personen gereicht vnnd gegebenenn werdenn soll, gnedigst erclerett — [bekennen wir], das wir vor vns vnnd vnserere nachkommende zu allem dem so in itzbemelter churfürstlicher assecuration ordentlichenn nach einander begriffen ist, wohlbedachtiglichenn vnnserrn consens vnnd guten willen gegebenenn haben, geben auch denselbenn wißentlich dorzu kraft dieses offenen briffs mit beständiger zusage, das wir s. f. gn. in gar keinem punct noch articul derselbenn die zeit ihres lebens oder nach derselbenn tödtlichenn abgank ihre erben vnd erbnehmen sowohl auch alle andere darinnen begriffene personen beirrenn noch betrubenn, sondern sie vor vns vnnd vnserere nachkommen do allenthalbenn geruiglich dabey bleiben laßen, auch so viel an vns anderen etwas mit oder ohne recht dorwieder zu handelnn noch vorzunehmen nicht vorstattenn sollenn noch wollenn. Des zu vrkund 2c. Geschehenn vnnd gebenn zu Wurtzenn den achtzehenden monatstagk Oct. im funffzehen hundersten vnnd ein vnnd achtzigsten jahre.

Grundmann Collectan. I. 85 ff. wie vorher.

No. 1490. 1581. 20. Oct.

*B. Johann IX. leistet auf das bischöfl. Amt und die Regierung des Hochstifts mit Vorbehalt einiger Güter für seine Lebenszeit Verzicht unter der Bedingung, dass dem Kurf. August die Administration vom Domcapitel übertragen werde.*

Nos Johannes dei gratia episcopus Misnensis vobis nobilitate generis sapientia eruditione ac virtute praestantibus viris ac dominis, domino seniori totique capitulo ecclesiae Misnensis confratribus nostris dilectis primum a deo optimo maximo salutem precamur et felicitatem, deinde clementer significamus, nos non dubitare, quin vobis omnibus et singulis constet, quod episcopatum Misnensem deo pro sua providentia sic volente et disponente ultra annos sex et viginti administraverimus. Etsi autem gubernationem illam nostram talem fuisse, quae omni prorsus reprehensione caruerit, minime gloriamur: tamen eam sedulitatem atque diligentiam in illa recte pieque instituenda a nobis adhibitam fuisse, ut et ipsi deo omnium actionum nostrarum inspectori oculatissimo et insuper hominibus, iis praesertim qui sanioribus iudiciis sunt praediti nec pro usitato perversi mundi more etiam quae optime acta gestaue sunt, dente canino arrodere sunt assueti, illam probare possimus, conscientia nostra locuples est testis. Animus quidem nobis fuit in hac quasi palaestra ad extremum usque vitae spiritum perseverandi, deoque in ea qua nos pro divina sua sapientia et bonitate collocavit statione inserviendi; sed permultae eaeque gravissimae causae, quas hoc loco recensere nimis longum et taediosum quoque foret, nos impulerunt, ut post longam consultationem et cum amicis habitam deliberationem hac provincia in nomine dei nos abdicare, et quod reliquum vitae spatium supererit illud absque strepitu et in bona quod dicitur pace, ita tamen ut earum rerum quae ad cultum divinum pertinent obliviscamur, transigere decreverimus.

Quod igitur felix ac faustum ecclesiaeque Misnensi et nobis omnibus salutare sit, nos Johannes dei gratia episcopus Misnensis antedictus vobis reverendis dominis capitularibus eiusdem ecclesiae cathedralis Misnensis confratribus et amicis quoque charissimis post remissum et relaxatum iuramentum ecclesiae a nobis sub initium administrationis nostrae praestitum totius eius gubernationem, quemadmodum illa a praedecessoribus nostris nunc in Christo feliciter requiescentibus ante annos ut supra monuimus viginti sex nostrae demandata et concredita est